Hijar

1455

SIT omnibus notum quod die et anno ac coram testibus infrascriptis ad hec speciali
vocatis conuocata et congregata vniuersitate hominum loci de Sta maria de mari
ad sonum campane de mandato vener. guillermi Carles baiuli dicti loci in ecclesia eius-
dem loci in qua dicta vniuersitas modo et forma similibus conuocari et congregari
solet pro negotijs comunibus ipsius vniuersitatis tractandis procurandis et peragendis
conuenerunt et in ipsa ecclesia interfuerunt conuocati et congregati hij qui sequuntur
videlicet dictus guillermus Carles baiulus bartholomeus Cabestany Jacobus
poncij raymundi et Joannes Corbera consules anno presenti dicti loci geraldus Car-
les guillermus blanes, guillermus vill arnaldus fera gabriel cabestany bartho-
lomeus estiue, michael estiue antonius aixada. petrus jolia petrus fresc arnaldus
albas Jacobus vilarnau petrus toset Joannes toset Julianus segura stephanus
agosti hippolytus Cauallez antonius vill antonius Julia michael coll bartho-
lomeus carles, antonius cotellez antonius goterit Saubertus auarro bartholo-
meus agosti franciscus aixada alexander fresch guillermus fresch raymundus
fabri Joannes fabri michael canells berengarius vilarnau Joannes fera petrus
pur petrus Cabestany raphael Carles antonius fera Joannes montelba petrus
sobira bernardus aixada petrus aixada antonius laurentij petrus stany petrus
garreiat Joannes Juber Jacobus cotellez Guillermus garreiat et honoratus aixada
omnes dicti loci de Sta maria de mari in dicta ecclesia pro infrascriptis per-
agendis vt predicitur congregati et tanquam maior imo maxima pars hominum
dicti loci vniuersitatem et vnum corpus ipsius vniuersitatis dicti loci facientes
et representantes pront est consuetum vniuersitate ipsius loci pro comunibus illius
negotijs conuocari et congregari Attendentes et considerantes vt dixerunt multum
nobilem et potentem virum dominum bernardum galcerandum de pinosio quondam dominum
baroniarum de mataplana et de la portella vicecomitemque de Insula et de la-
neto atque nobilem dominam aldonciam eius vxorem honorabilem dominum petrum thomich
militem vener. petrum de foix berengarium dello Joannem de poyho in villa de
bagano populatos et guillermum de riambau domicellum baiulum de la
pobla de lileto dicte baronie de mataplana nec non vniuersitatem ville et
vallis de bagano consulesque consiliarios probos homines et singulares ville et
vallis eorundem vna cum certis eorum fideiussoribus vendidisse noviter statuisse
et assignasse pro francho et libero alodiali honorabili domino francisco de pano militi
in villa perpiniani domiciliato sub pacto gratie redimendi mediante speciali et

expresse In et super omnibus et singulis censibus decimis taschis foriscapijs redditibus
proventibus emolumentis mansionibus domibus curiarum compositionibus pasquerijs et alijs
iuribus quibuscunque quos quas et que dictus nobilis dominus ~~bernardus~~ galcerandi
de pinosio habebat possidebat et recipiebat ac recipere debebat et consueverat anno
quolibet In et super locis mansis bordis domibus terris et alijs quibuscunque possessio-
nibus in valle vocata de thoses francha et libera alodiali eiusdem nobilis situatis
et etiam In et super omnibus et singulis decimis foriscapijs redditibus et alijs iuribus
et emolumentis franchis et liberis alodialibus quos quas et que dictus nobilis dominus
bernardus galcerandus de pinosio habebat et recipiebat et recipere debebat et consueve-
rat in quibusuis locis villis et territorijs intra dictos vicecomitatus de Insula et de
caneto sitis et generaliter In et super omnibus et singulis honoribus baronijs locis villis
castris fortalicijs censibus redditibus iuribus et bonis dictorum nobilium coniugum
et caeterorum superius nominatorum et dicte universitatis ville baiulie et vallis de
bagano et singularium eiusdem presentium absentium et futurorum et cuiuslibet Insolidum et
pro toto mobilibus et Immobilibus privilegiatis et non privilegiatis ubicunque sint et
ubique presentibus et futuris septuaginta una libras octo solidos sex denarios et obolum
barchinonenses censuales annuales et rendales dandas et solvendas prefato honorabili domino franscisco de
pano vel suis haeredibus et successoribus infra duas anni solutiones pretio mille libra-
rum barchinonensium de terno quod quidem censuale hodie pertinet uxori honorabilis domini Joannis
de semmanat militis Cuius quidem venditio censualis facta fuit in magna diminutione
redditum et iurium dicti nobilis domini vicecomitis et pro dicto censuali dictus nobilis
dominus vicecomes plura damna sumptus et expensas passus fuit et patitur quotidie
Animadvertentes etiam quod per nobilem dominum Galcerandum de pinosio nunc vicecomitem
favorabiliter dicta universitas et alie universitates subscripte et singulares earun-
dem gratiose pertractati fuerunt et pertractantur et per eundem nobilem vicecomitem
fuerunt facta et concessa universitatibus locorum de caneto de sancta maria de mari et de
turrillis et singularibus de eisdem plures gratie privilegia libertates Immunitates re-
missiones et relaxationes ob qua dicta universitas et dicti eius singulares tanquam
veri fideles et legales vassalli honorem et utilitatem dicti nobilis domini vicecomitis et
eius vicecomitatuum procurare et In melius prosperare quatenus in eis est tenentur tandem
fuit conclusum quod de pecunijs dictarum universitatum predictum censuale a predicta
uxore dicti honorabilis domini Joannis de semmanat illud certis titulis tenente et possidente

emater et ad manus perveniat dictarum universitatum et eorum singularium
personarum et quia universitates predicte in promptu non habent pecunias
cum quibus predictum censuale possint emere et habere nisi per viam vendi-
tionis seu venditionum censualium per dictas universitates et earum singulares
faciendarum pro tanto omnes superius nominati dicti loci de Sta maria de mari
ut predicitur convocati et congregati universitatem et totum corpus ipsius uni-
versitatis et eius singularium personarum ut predicitur facientes et represen-
tantes unanimes et concordes et nemine eorum discrepante nominibus eorum propriis
et nomine dicte universitatis et eius singularium personarum presentium absentium
et futurorum // ex certa scientia et gratis de et cum licentia consensu laudamento
et voluntate dicti nobilis domini vicecomitis et cum auctoritate et decreto dni ju-
dicis et bajuli infrascriptorum ad hac interuenientibus constituerunt et ordinarunt
eorum et dicte universitatis et illius singularium personarum certos veros et
indubitatos syndicos et procuratores speciales et etiam generales ad infra
scripta videlicet arnaldum sera et Gabrielem Cabestany dicti loci de Sta
maria de mari ibidem presentes et onus huiusmodi procurationis et syndicatus
ac negotii gratis in se suscipientes videlicet ad emendum et titulo emptionis
cessionis et transportationis acquirendum etiam sine aliqua evictione nomine dic-
tarum universitatum et singularium personarum dictorum locorum de Caneto
de Sta maria de mari et de turrillis et una cum dictis universitatibus seu cum
eorum syndicis et procuratoribus a dicta uxore dicti honorabilis dni Joannis de
Semmanat predictum censuale septuaginta unius librarum octo solidorum
sex denariorum et oboli quod ipsa habet et recipit super bonis et juribus
predictis et hoc pretio mille librarum barchinonensium de terno pro quibus sive quarum
pretio dictum censuale potest lui et redimi prout in instrumento gratie
super hoc facto et concesso continetur ipsumque pretium dicte uxori dicti
honorabilis dni Joannis de Semmanat solvendum seu solvi faciendum et quevis
instrumenta et alias scripturas de et super his faciendum et firmandum et fieri
consentiendum necnon ad vendendum et alienandum pro dicta universitate
dicti loci de turrillis, et de Sta maria de mari et eius singularibus personis presen-
tibus futuris et absentibus et pro predictis consulibus et hominibus superius nominatis
tam nomine eorum proprio quam nomine dicte universitatis et singularium personarum

GOBIERNO DE ARAGON

de eadem instructio gratis mediante censuale sive censualia usque ad quantitatem
ducentarum librarum monete Barchinone in villa Perpiniani illis locis pretiis et personis quibus
dictis syndicis actoribus et procuratoribus placuerit et videbitur faciendum Et ipsa
censualia mortua que vendiderint et unum quodque ipsorum et pensiones eorum solvendum
et solvere promittendum tam in hospitiis dictarum personarum cum quibus contraxe-
rint pro predictis quam alibi termino seu terminis prefigendo seu prefigendis francha
et quitia ac francha et quitia ab omnibus et singulis donis offertis mutuis servitiis
libitis et tallis exactionibus contributionibus regalibus et vicinalibus et aliis quibus-
cumque dicte quacumque censeantur et que dici vel excogitari possint etiam si contigerit
pro utilitate seu causa reipublice seu etiam aliter et ab omnibus emparis sequestratio-
nibus marchis represaliis pignoribus et aliis quibuscumque impedimentis et missionibus
quibuscumque Et ipsa censualia mortua que dicti syndici actores et procuratores seu duo
ipsorum vendiderint et unum quodque ipsorum assignandum specialiter in et super
impositionibus que in predicto loco colliguntur et levantur atque forsan colligentur et levabun-
tur in futurum et de dictis impositionibus dicte ville ex causis predictis possessionem tra-
dere et tradi facere promittendum nominibus quibus supra Et generaliter super omnibus domi-
bus campis vineis terris et possessionibus censibus agrariis molendinis furnis et aliis
bonis rebus et iuribus dicte universitatis et singularium eiusdem nominibus quibus supra
presentibus et futuris et salarium sive salaria procuratoris et nuntiorum ipsarum personarum
cum quibus contraxerint pro predictis et ipsis etiam personis lapsis terminis solutionum
per eos prefigendis constituendum et penas pecuniarias etiam in se nominibus predictis
et dictos constituentes imponendum et ipso censualia mortua que ipsi syndici aut duo
ipsorum vendiderint et unumquodque eorum cum missionibus et expensis solvendum et
solvere promittendum sub pena tertii et sub aliis penis vinculis sive obligationibus tam in
curia vicarii Rossilionis et Vallespirii quam in aliis quibuscumque curiis et super his
et quolibet predictorum et infrascriptorum ~~[illegible]~~ in quibuscumque curiis ecclesiasticis
et secularibus comparendum libellis respondendum et lites contestandum Et deinde
sententiam et sententias excommunicationis et interdicti in se nominibus predictis et quolibet
nomine in solidum suscipiendum et audiendum tam in curia domini officialis dicte ville pro domino
Elnensi episcopo quam in aliis curiis ecclesiasticis et ipsas sententias laudandum approbandum rati-
ficandum et confirmandum ac etiam iurandum in animam dictorum constituentium
nominibus predictis per dominum deum et eius sancta quatuor evangelia ipsos constituentes
et dictam universitatem tenere servare et complere promissa et confessata per dictos

syndicos actores et procuratores et transactis terminis solutionum dictoru
censualium mortuoz quoscunq voluerit de universitate ad hostaticum tene
dum videlicet noiandum et eligendum dando potestatem et licentia ipsis procura -
toribus syndicis et actoribus aut duobus ipsorum placuerit predictis personis cum
quibus contraxerint pro predictis q ipsi homines qui ad ipsum hostaticum tenen -
dum fuerint electi et non noiati possint mutare et variare etiam de aliis et
melioribus ac ditioribus dicte universitatis et tales electiones semel et pluries
facere et pro ipso hostatico tenendo prout fuerit conventum cum contrahentibus
homagium pro his qui ad ipsum hostaticum tenebuntur prestandum de intrando
et tenendo ipsum hostaticum et de non recedendo a locis in quibus ipsum hostaticu
tenere habebunt propriis pedibus vel alienis neq aliquo alio ingenio arte vel
fraude nec alias donec ipsis personis cum quibus contraxerint pro predictis
plenarie et integre satisfactum in eorum quantitatibus scilicet annuis pensio -
nibus missionibus damnis et interesse ac penis aliis sibi promissis et pro ipsis
omnibus dictum hostaticum tenentibus vel non nihilominus dicti constituentes
noibus predictis et dicta universitas et alii singulares de eadem teneatur
ad oia et singula qui ipsis personis per ipsos syndicos actores et procuratores
aut duos ipsorum fuerint promissa et ipsos etiam constituentes noibus pre
dictis dictam universitatem et singulares alios eius et eoru oia alia et sin -
gula bona etiam privilegiata foro curie dicti vicarii et alii cuiuscunq fori
extranei iudicis astringendum et supponendum et iuri ac fori sive legi contra
hec facientibus renuntiandum et pro predictis et infrascriptis oibus et singulis
et quolibet predictoru et infrascriptorum noie dictorum constituentium noibus
predictis impositiones dicte ville que nunc sunt et colliguntur in dicta villa et
pro tempore fuerint sive colligentur in eadem hypothecandum ac obligandum
et q ipse impositiones vendantur et colligantur et collectorum ipsarum ponatur
17. in ipsa villa per ipsas, (l. personas) cum quibus contraxerint consentiendum et q ipsi cons
tituentes in his nec infrascriptis prestabunt ipsis personis aliquod impedimentum
promittendum et iurandum et penas super his quascunq imponendum et ge -
nerali oia alia et singula bona etiam privilegiata dictorum constituentium
et cuiuslibet ipsorum ac dicte universitatis et singularium eius obligandum

6

et hyppothecandum ac etiam impignorandum et nihilominus obligandum dictos constituentes et alios singulares de dicta universitate ad captionem carceris habendo bona vel non et conservandum nominibus praedictis q transactis terminis solutionum promissorum per dictos syndicos aut duos ipsorum dicta persona cum quibus contraxerint possint eorum propria auctoritate recipere capere apprehendere marchare et pignorare seu haec fieri facere ubicumque locorum omnia et singula bona ipsius universitatis et eius consulum et singularium nominibus praedictis etiam privilegiata de iure usu stilo consuetudine vel alias et ipsa bona vendere distrahere sine donatione decem dierum et alio iuris ordine seu solemnitate pretio et pretijs ac personis quibus voluerint et de pretijs praedictis sibi satisfacere plenarie in toto eo quod sibi deberetur ac promissionibus damnis et interesse ac penis pretiorum sive pretia dictorum censualium mortuorum qui vendiderint recipiendum et inde apocham et apochas absolutiones et diffinitiones et pactum de non petendo et de non agendo faciendum et ad astringendum et obligandum dictos constituentes nominibus praedictis et etiam ad promittendum et iurandum ad sancta quatuor dei evangelia quod ipsi constituentes nominibus praedictis facient tenebunt et complebunt quaecumque per ipsos syndicos actores et procuratores aut duos ipsorum super praedictis vel infrascriptis et super dependentibus et emergentibus ex eisdem fuerint promissa et ipsi constituentes nominibus quibus supra super his non contrafacient vel non venient per se vel interpositam personam nec firmabunt iuris nec contestabuntur litem nec opponent exceptionem dilationem peremptoriam nec anomalam nec aliam aliqua ratione iure seu causa quae dici vel nominari possint et quod non utentur nec uti possint contra praedicta vel infrascripta vel aliqua eorum elongamento supersedimento et guidatico dicti regina aut alterius excelse persona ubi sit concessum motu proprio vel mera liberalitate et in favorem reipublicae aut etiam alias nec aliquo beneficio seu iure quo dicta universitas seu eius consules et singulares possint se deffendere vel aliquatenus excusare seu ordinare et super praedictis omnibus et singulis et infrascriptis penis ipse nominibus praedictis imponendum et ad renunciandum foro et iurisdictioni dictorum constituentium dicta universitati et eos et eorum bona ubicumque extraneo foro et iurisdictioni dictorum constituentium dicta universitatis et eos et eorum bona quaecumque extraneo foro supponendum et renunciandum etiam omni monitioni ac citationi atque acordio et omni querela et firma iuris et omni libelli oblationi et litis contestationi et iudicij

assignationi et eius officio et omnibus et singulis guidatiis et remissionibus tertiorum
et penarum et guidaticis et elongamentis dni regis et alterius qui de his ha-
bent quacunque potestatem et beneficio novarum constitutionum et dividendarum
actionum et epistole divi adriani et usui seu consuetudini barchinone et ppam
loquentibus de pluribus debitoribus in solidum se obligantibus et consuetudini
que prohibet missiones refundi et legi sive iuri prohibenti personam liberam
loco pignoris vel hostatici ~~pro~~ pecunia aut alias detineri et iuri dicenti penam
quantitatem sortis excedere non posse et spatio decem dierum sex et quatuor
mensium et omni spatio et beneficio restitutionis in integrum et omni alii
iuri rationi usui et consuetudini contra predicta vel aliquid predictorum et
infrascriptorum facienti seu venienti et super predictis omnibus et singulis
contrahendum paciscendum stipulandum noie dictorum constituentium ante
dictis noibus fieri faciendum publicum instrumentum et publica instrumenta et scrip-
turas quascumque cum oibus et singulis pactis et renunciationibus clausulis
iuramentis et homagiis quibus dictis syndicis actoribus et procuratoribus
visum fuerit expedire et cum contrahentibus se poterint concordare ad omne
utilitatem et commodum ipsarum personarum cum quibus super predictis noibus
iam dictis facient dictos contractus et generaliter ad faciendum oia alia super
predictis et circa ea et super dependentibus seu emergentibus ex eisdem ac ea
tangentibus quomodo pro predictis constituentibus et eorum noie et dicte univer-
sitatis etiam in solidum quecunque sint ad hec utilia ac etiam opportuna et que
ipsi constituentes possent si adessent etiam si talia fuerint de iure vel de facto
aut alias mandatum exigant speciale et maiora ac graviora essent superius
expressatis ipsi enim constituentes noibus predictis comiserunt dictis syndicis
actoribus et procuratoribus super predictis omnibus et singulis et super depen-
dentibus ex eisdem ac ea tangentibus quomodo plenarie vices eorum et dicte
universitatis et eius consilium et singularium ipsius universitatis presentium
absentium et futurorum liberam et generalem administrationem cum plenissima po-
testate et facultate promittentes dicti constituentes noibus predictis et quolibet
noie in solidum et noie cuiuslibet singularium ipsius universitatis presentium
absentium et futurorum dictis procuratoribus syndicis et actoribus ac mihi notario
infrascripto tanquam publica persona pro predictis et aliis etiam personis
quorum interest ~~et~~ interent legitime stipulanti et recipienti se et dictam

universitatem et singulares ipsius sub hippotheca et obligatione omnium ~~[illegible]~~
bonorum ipsorum constituentium et dicte universitatis et eius consulum et singularium
presentium absentium et futurorum et cuiuslibet eorum in solidum semper habere ratum
gratum et firmum quicquid in praedictis et circa ea per dictos syndicos actores
et procuratores factum gestum seu alias modo quolibet procuratum fuerit et nullo
tempore revocare nec in aliquo contrafacere vel venire aliqua ratione sive causa.
Acta fuerunt haec et laudata in dicto loco de Sta maria de marovz in ecclesia dicti
loci die nona mensis madij anno a nativitate domini Millesimo quadringentesimo quin-
quagesimo quinto presentibus pro testibus discretis dominis Joanne Stene Joanne ~~[illegible]~~
sobria presbyteris dicti loci de Sta maria de mari et domino raymundo perdines
presbytero dicti loci qui praedicta nomine et vice mei petri maddamiot notarij de ppano
requisitus recepit. Postea vero die quarta decima mensis augusti anno predicto
honor dominus guillermus murgat in decretis licentiatus judex ordinarius curie dicti
loci de Sta maria de mari huic syndicatui tanquam rite et legitime facto causa
prius per eum cognita auctoritatem suam judiciariam et dicte curie interposuit pari-
ter et decretum Et hoc fuit Actum in loco de Caneto die et anno proxime dictis presen-
tibus pro testibus honor domino galcerando tort decretorum doctore leonardo bonet cora-
terio de ppano seu me dicto petro maddamiot notario supra et infrascripto Deinde
die vicesima tertia dicti mensis augusti anno praedicto honor guillermus cadell do-
micellus procurator generalis multum nobilis domini Galcerandi galcerandi de pino-
sio et de fenollet vicecomitis de insula et de Caneto predictis syndicatui instru-
mento et omnibus et singulis in eo contentis tanquam de suis permissu et voluntate factis aut
fieri ordinatis consensit et ea omnia laudavit et confirmavit et super ipsis omnibus
et singulis eius auctoritatem prestitit pariter et assensum Et hoc fuit Actum
in loco de spirano terra confluentis die et anno proxime dictis presentibus pro testibus
bernardo vernet petro noges dicti loci de spirano et Georgio borda notario qui haec
vice et nomine meo dicti petri maddamiot recepit requisitus Insuper die quinta mensis
septembris anno praedicto predictus multum honor dominus Galcerandus vicecomes de
Caneto et de insula in civitate barchinone predictum syndicatus instrumentum et omnia
et singula in eo contenta laudavit approbavit ratificavit et confirmavit Et super
ipsis omnibus et singulis eius auctoritatem interposuit pariter et assensum Et hoc /

GOBIERNO DE ARAGON

fuit Actum In ciuitate barchne die et anno proxime dictis presentibus protesti-
bus vener Guillermo raymundo de merles Joanne Cadell domicellis Et arnal-
do del pont notario qui predicta noie et vice mei dicti petri masdamont not re-
cepit requisitus Et



Sig ✠ num meum francisci Roig aucte Regia notarij publici vil-
le Perpiniani regentis scripturas publicas honor petri mas-
damont quondam eadem aucte notarij publici eiusdem ville: qui
predicta per et apud dictum quondam petrum masdamont notarium
vt prefertur recepta aliena manu in his quinque papy-
ri foleis scripta ex licentia mihi concessa à curia magnifici
baiuli eiusdem ville clausi die quinta mensis Julij anno
à natiuitate domini millesimo quingentesimo sexagesimo quar
to in vim mandati mihi per eandem curiam die tertia dictorum
mensis et anni facti ad instantiam honor Antonij Rossello
mercatoris ciuis Barne procuratoris Illustris domini philippi de
castro et de pinos vicecomitis de Euolo, et addidi in linea
tertia secunde pagine primi folei, bernardus, et in linea
xxvij. prime pagine tertij folei, personas, Et.

. n. 133.

Syndicat de sancta maria la mar ffera viiij de mars 1455

fol. 2833.

P 124.

Sta M.a la mar.

Leg. 11. N. 15

Arag.n y Cath.a
nº 11 L 1º ay 2º

Procura delos de S.ta Maria de la mar para q.e vna con los de Canete y Torrellas cuyan de su dinero el censal q.e tiene sobre ellos la muger de don Ju.o de semmanat de 5183 s 6 de pension con 1000 de propiedad

1455

133